



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. X. Hæc conditio: Si sol cras oriatur, non est suspensiva; secùs ista:
Si Petrus transeat per plateas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

præsumatur consensus Matrimonii in hoc casu, sicut in illo.

459. *Quando sponsalia sub conditione contraria substantia Matr. sine invalida.* Sanchez. Dico signanter: Quæ in Matrimonium refundatur: quod tunc evenit, quando conditio contraria ponitur tanquam implenda post Matrimonium. Quando autem (inquit Sanchez supra disput. 14. num. 2.) debet impleri ante, tunc si est contra inseparabilitatem, ut: *Contraham tecum, nisi ante initum Matrimonium aliam ditioem aut pulchriorem invenero*, non vitiat Matrimonium; quia ipsi non opponitur, cum non tollat Matrimonii inseparabilitatem; nec etiam opponitur sponsalium naturæ, utpote quæ solubilia sunt. Nec etiam rejicitur tanquam turpis; quia non est talis, cum ad peccatum minimè incitet: quare valida erunt sponsalia impleta eâ conditione, & eâ deficiente erunt nulla.

Si verò sit conditio contra Matrimonii fidem, ut: *Si ante Matrimonium forniceris*, tunc valebunt sponsalia rejecta eâ conditione tanquam turpi. Quia ea non contrariatur Matrimonio, cum ad fidem Matrimonii solum pertineat, ne postquam translatum est dominium corporis in conjugem, alteri tradatur: at ante Matrimonium non est translatum dominium: si verò advesetur bono prolis, ut: *Si ante Matrimonium venena, quibus sterilis efficiaris, sumas*, vitiat sponsalia: quia per eam conditionem obligatur sponsus ad aliquid contrarium bono prolis, quod per illud Matrimonium promissum; intenditur: unde adversatur futuro Matrimonio promisso. Quare non est simile de conditione contraria de præterito vel præsentis; quia per illam minimè obligatur ad aliquid Matrimonio repugnans. Ita Sanchez. Equidem consequenter ad ea, quæ docuerat eod. libr. disputat. 9. num. 6. & 9.

460. *Docet Pontius hanc conditionem: Si ante Matr. &c. non vitiare sponsalia.* Alioquin docet Pontius lib. 12. cap. 7. num. 2. hanc conditionem: *Si ante Matrimonium sumpseris venena sterilitatis*, non vitiat sponsalia; cum, inquit, hæc conditio adimplenda fit ante contractum Matrimonii, & ideo non fit contra substantiam Matrimonii, nondum contracti; de illa proinde judicandum est, ac de conditione turpi. Hæc ille. Utique consequenter ad ea, quæ docuerat lib. 3. cap. 9. num. 11. ubi sic ait: Si loquamur de conditione sumendæ potionis sterilitatis, quæ ante Matrimonium adimpleri potest, mihi videtur certum, illam conditionem, si in vim conditionis ponatur: *Contraham tecum, si antequam Matrimonium perficiatur, sumpseris venena sterilitatis*, tantum esse turpem, & non contrariam substantiæ Matrimonii.

461. Ratio est, meo iudicio, facilis & aperta; quia adhuc non est contractus Matrimonii,

neque ex consensu, qui adhibetur ad Matrimonium, nascitur obligatio contra bona vel substantiam Matrimonii; immò potius ex implatione conditionis nascitur obligatio adhibendi consensum matrimoniale. Ergo non concurrit ille consensus ad eam conditionem, cum consensu Matrimonii. Hæc enim, quod sub conditione fit, posteriori naturæ & ratione ipsius conditionis evenit. Quare non est cur destruat substantiam ipsius contractus Matrimonii, qui nondum est, sed sequetur postea ex eventu conditionis.

Et explico magis; quia vel tunc vitiat ex natura rei, quia destruit substantiam, hoc non, ut dictum est; vel vitietur tantum ex dispositione Pontificis, qui in odium turpium iniquæ conditionis, vellet Matrimonium irritum, quod ex eventu ejus conditionis fit, irritare. At hæc mera juris humani positio esset, si rescinderet contractum brutum sub conditione turpi, & cogitatio resultaret ex eventu conditionis turpis. Non ergo recte, neque condigne potuit dicere Thom. Sanchez, hæc conditionis dispositionem in dicto cap. finem tunc declarationem juris naturalis. habet nus Basilii.

Cujus utique doctrinam superius dicti fuimus, & ideo hic etiam sequitur eod. lib. dicitur: si Matrimonium non vitiat per appositionem hujusmodi conditionis, neque vitiantur sponsalia, quæ sunt ante Matrimonium, cum non sit alia turpis ratio unius, quam alterius.

Hic ergo fit finis hujus Conclusi. in qua ad sufficientiam, de re, tractavimus de conditionibus, contraria substantiæ Matrimonii, & bonis Matrimonii, quæ pertinent ad ejus essentiam quoad obligationem secus quoad executionem; quod bene nondum est. Sequitur agendum de conditionibus necessariis, & impertinentibus, quibus instituitur

CONCLUSIO X.

Hæc conditio: *Si soleras vitare*, non est suspensiva; secus autem: *Si Petrus transeat per platam*.

Hæc conditio: *Si Petrus &c. est vitare*, quas vocant impertinentes, quæ ab illis qui censent se habere, veluti conditiones turpes, & ideo rejiciendas esse seu habendas pro non adjectis. Probatur autem esse turpes; quia turpe apparet contractui tam habito, & qui Sacramentum est, hujusmodi conditiones adijcere.

Si quis contraxit (inquit Sotus 4. dist. 29. quæstione 2. articulo tertio post 3. Conclusi.

cluf. verl. Tandem.) cum aliqua, quam non vidit, sub illa conditione: *Si non fuerit caeca, aut muta, aut coecus, aut leprosa, vel aliqua infirmitate turpitudine deformata*, profecto si secus sit, Matrimonium non tenet, etiam si fiat per verbum de praesenti: *Contraho*. Et par jus de sponsa respectu sponsi. Quare eadem est ratio, si dixerit: *Nubenti, si hanc aut illam doctus est artem, ad alendam vitam, aut si est ingenuus*, aut alia similia.

Nam licet conditiones illae, jure expressae: *Si pater consenserit*, aut, *si dotem dederis*, propinquius ad naturam Matrimonii spectent, & ideo jure admittantur; nihilominus istae sunt etiam conditiones, tum honestae, tum ad perpetuitatem cohabitationis, & generandi, permulturn referentes: & ideo nulla est causa, cur non pariter eodem jure approbentur, tanquam necessariis implendae. Secus si essent conditiones, ad Matrimonii finem minus referentes: Si enim quis contraheret cum aliqua absente, hac conditione: *Si esset pulchra*, aut, *benè morigerata*; quia istae qualitates recipiunt magis & minus, non sunt in foro Ecclesiae admittendae, tanquam Matrimonium vitiantes; maxime, si de praesenti fuerit contractum; quia de sponsalibus non tantum imminet periculi, si dissolvantur. Hæc ille.

Sed non placent Sanchio supra disp. 18. num. 3. qui censet, hujusmodi conditiones suspendere contractum Matrimonii, neque aliter esse validum, nisi illis stantibus. Probat autem; quia omnis conditio, jure non improbat, potest apponi Matrimonio, ut colligitur à contrario sensu ex cap. *Super eo*, 5. de Condit. appof. ibi: *Ac conditionem ipsam canonica non improbet statusa*. Sed hæc conditiones impertinentes, nullo jure reprobandur: ergo possunt valide apponi. Probat Minor; quia cap. fin. de Condit. appof. rejicit conditiones turpes, quia incitant ad peccandum; sed conditio impertinens ad nullum peccatum inducit: ergo nullo modo est rejicienda. Ita Sanchez.

Quem sequitur Aversa hinc quæst. 5. sect. 4. §. *Quinò ulterius*, ubi sic scribit: Hæc conditiones inutiles, non sunt reputandae tanquam turpes, ut in iis habeat locum dispositio illa Canonis de conditionibus turpibus, intellecta quoad vim suspensionis; Pontifex enim ibi vocabat conditiones turpes, quæ essent illicitæ ad observandum, & quæ inducunt ad peccatum, ideoque præsumebat, non ex animo apponi. Quod totum non procedit in aliis conditionibus, non illicitis, sed inutilibus. Si autem apponantur in vim obligationis, quando scilicet unus contrahens intendit tunc absolute contrahere, sed simul obligare al-

terum ad aliquid faciendum, sic dici possunt, conditiones inutiles haberi pro non adjectis, id est, non obligare ad sui observationem: quia dum sunt inutiles, earum omissio non est æstimabilis, & nullum damnum infert parti, nec rationabilis querelæ occasio. Sicut quidem in aliis humanis commerciis contingit. Hæc ille.

Quid ergo dicendum ad rationem oppositæ sententiæ? Quamvis (inquit Sanchez supra num. 4.) conditionem impertinentem adijcere Matrimonio, culpa aliqualis fit: non tamen est ex turpibus, quæ rejiciuntur à Matrimonio; quia non obligat, neque incitat alterum contrahentem ad aliquod peccatum in futurum admittendum, qualis est illa; *Si furtum feceris*.

Atque hæc satis de conditionibus impertinentibus, quæ sine dubio admittendæ non sunt ab eo, qui Matrimonio assistit, immò & ab his, qui contrahunt, minime apponendæ; quia sine causa, qualis hic nulla est, non debet Sacramentum ministrari sub conditione, ut ex alibi dictis constat: interim si apponantur à contrahentibus, & admittantur ab eo, qui Matrimonio assistit, putamus cum Sanchio, Aversa, & Aliis, à Sanchio citatis, Matrimonium non esse perfectum, donec conditio impleatur, nisi aliud constet de voluntate contrahentium.

Venio ad conditiones necessarias, quæ in duplici sunt differentia; nam aliquæ sunt necessariæ per naturam, qualis est illa, quæ ponitur primo loco in Concluf. *Si sol cras oriatur*: aliæ per naturam sunt contingentes, per accidens autem ex aliqua suppositione necessariæ; qualis est hæc: *Si Antichristus nascetur*: supponitur quippe ex revelatione divina infallibiliter nasciturus, tamen ex natura sua contingenter.

Præterea: licet res aliqua certa sit, potest tamen ex aliqua parte esse incertitudo; v. g. certum est tempus, in quo fit aliquis pubes, scilicet decimo quarto anno; an verò ad id tempus perventurus sit, incertum est. Similiter etiam futurum aliquid certum est, quando autem futurum sit, incertum est: ut: *Si morieris*; *Si Antichristus nascetur*; certum enim est moriturum; certum nasciturum; incertum verò quando morietur, aut quando nascetur. Aliquando & futurum esse aliquid certum est, & tempus certum est, ut: *Si sol cras orietur*. Denique potest esse, ut vel necessitas eventus futuri sit nota & certa, vel ignota & incerta ipsis contrahentibus. His prænotatis,

Incipio ab illis, in quibus DD. magis conveniunt, salvâ semper intentione contrahentium, à qua hæc res prorsus dependet;

467.
Resp. ad rationem oppositæ sententiæ.

468.
Conditiones necessariae in duplici sunt differentia.

Res certa, & aliqua parte potest esse incerta.

469.

der; siquidem conjugal contractus totam vim suam accipit à consensu contrahentium. Qualescumque necessaria, si contrahentes velint absolute suspendere suum consensum ab eventu conditionis, liquet, Matrimonium non subsistere in foro interno ante eventum conditionis, quidquid judicet forum externum, ut supra latius diximus de conditionibus turpibus & impossibilibus.

470. *Conditio in se certa, contrahentibus incerta, suspendit contractum.*

Si ergo contrahentes non habeant notitiam & certitudinem de eventu conditionis, quamvis alioquin conditio sit in se & in suis causis necessaria, jam planè illi non intendunt simpliciter & absolute contrahere, sed contractus manebit suspensus usque ad conditionis eventum. Quia nimirum conditio apud illos est contingens & dubia, atque aded etiam illorum consensus, ex eorum mente suspenditur in eventum futurum.

Iraque si qui contrahant cum hac conditione: *Si crastina die pluet*, qui sanè eventus, licet in causis naturalibus sit determinatus ac necessarius, tamen non est apud homines certus; hic contractus non erit firmus, nisi eveniente pluvia. Et similiter si contrahant cum hac conditione: *Si cras sol eclipsabitur*, quamvis enim hic eventus sit certus & prævisus apud astronomæ peritos; tamen supponimus esse incertum apud illos contrahentes.

471. *Objeçtio ex §. 7. Instit. de Verb. oblig.*

Nec obstat §. *Conditiones*, Instit. de Verb. oblig. ibi: *Quæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint*; quia loquitur textus in conditione de præterito vel præteriti, ut manifestè patet ex ejus verbis, quæ hic subdo: *Conditiones, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt: veluti: Si Titius consul fuerit, vel, Si Mœvius vivit, dare spondes? Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio; si autem ita se habent, statim valet. Quæ enim &c. ut sup.*

472. *Quid si sciatur id quod positum est in conditione factum esse, & iterum fieri possit.*

Quamquam & id indigeat aliquâ limitatione, quam invenio apud Pontium lib. 3. c. 1. n. 7. Si sciatur, id, quod positum est in conditione, factum esse, & iterum fieri posse, expectandus est eventus, & conditionalis contractus est, donec iterum fiat. Si autem ignoretur, purus est contractus, & satisfactus videtur conditioni, ac si esset de præterito.

L. 11. ff. de Condit.

Sic Jure-Consultus in l. 11. ff. de Condit. & demonst. *Si jam facta sint, quæ conditionis loco ponuntur, & sciat testator, quæ iterum fieri possunt, expectentur, ut fiant; si verò nesciat præteriti debeantur.* Et l. 10. eod. *Si sic legatum sit: Si navis ex Asia venerit, & ignorante testatore navis venerit testamenti facti tempore: dicendum, pro impleta haberi. Et si*

L. 10. eod.

cui sic legatum est. Cum pubes erit: fundum do hoc erit dicendum. Idem enim expectanda testator, ut eveniret, quod cogitabat ignorans, & hoc animo, ut si evenisset, legatum deberetur.

Si autem sciens disposuit, planum est aliis cogitasse, non de his, quæ jam fuerant sive evenerant; l. Solemus. Condit. & demonst. Solemus dicere, cum in tempore liberorum uxori legat, cum postur maritus. Et l. 68. eod. Si ita legatum fuisse, quos jam tunc uxor habuit, cum postur maritus. Et l. 68. eod. Si ita legatum. Cum nupterit: si nupta fuerit, & hoc scisset, alterum Matrimonium erit dicendum. Verba enim conditionalia in obsequium intelliguntur de futuro.

Dixit autem Jure-Consultus in l. 11. *Quæ iterum fieri possunt*; quia si fieri non potest, conditio habetur impleta, sive iciverit, sive non. Si ergo ob rationem dictam; si verò licet quia conditio est impossibilis, & habetur non adjecta: ut si dicatur: *Contraham si Titius pubes fuerit*, ille jam pubes iterum pubes fieri non potest, imò conditio reputatur, & habetur impleta, si sciebat illum esse puberem. Sicut cat Donel. lib. 8. c. 32. §. *Ille non potest esse testatoris.* Huculque Pontius.

Ex quibus patet, quid dicendum sit de contrahentis mente res futuri, res præteritæ aut sit præsens aut præterita licet liquet, non concludere argumentatione de præterito vel præteriti ad conditionem de futuro à parte testatoris, contingentem autem esse futuram quod contrahentes.

Si autem futurus eventus sit contraahentibus notus & certus: tunc si ita contrahant (inquit Averla hic q. 5. sect. 3.) *propio te in conjugem, si crastina die pluet surgat*, & ita intendant, quasi dicentes: *certum est, solem cras orturum, ita iter accipio*, jam planè eo ipso est validum ac firmum tale Matrimonium, ut enim nunc certum est, solem cras orturum, ita nunc statim conjugati iuramentum, quare ex nunc firmum est tale conjugium.

Neque in hoc ulla differentia est, si sciet etiam de tempore, quo effectus futurus, sive solum de substantia effectus futuri, sive eventus sit necessarius ab intrinseco, sive ab extrinseco, sive in causis naturalibus, sive ex suppositione, aut Dei providentia, sive hæc certitudo habeatur naturali scientia, sive revelatione divinâ. Quare perinde est, si sciat testator, quæ iterum fieri possunt, expectentur, ut fiant; si verò nesciat præteriti debeantur. Et l. 10. eod. *Si sic legatum sit: Si navis ex Asia venerit, & ignorante testatore navis venerit testamenti facti tempore: dicendum, pro impleta haberi. Et si*

cui sic legatum est. Cum pubes erit: fundum do hoc erit dicendum. Idem enim expectanda testator, ut eveniret, quod cogitabat ignorans, & hoc animo, ut si evenisset, legatum deberetur.

B
Sacramentum
Matrimonii

intentio contrahentium, quæ eodem modo est determinata ad præsens, quæcumque viâ fiant futurum esse talem eventum. Hæc ille. Nec est, qui audeat contradicere.

Persequitur autem dicens: Potest tamen alia esse intentio contrahentium, nempe, ut quàmvis certi sint de conditionis eventu, & nunc intendat contrahere, tamen non intendant, nisi pro eo tunc, quo re ipsâ talis conditio eveniet; ita ut idem velint dicere: *Accipio te in conjugem, si cras sol oriatur*; ac si dicerent: *Accipio te pro eo puncto, quo sol cras oriatur*. Quæ quidem non tam est conditio suspendens certitudinem rei, quàm potius limitatio differens executionem ad aliquod tempus. Et sub hac intentione, verè quidem contrahentes non perficiunt tunc ultimare contractum, cum sese per verba illa accipiunt mutuo in conjuges: sed ad summum perficietur, quando adimplebitur illius conditionis sui limitationis eventus. Hactenus Averfa.

Idem ante ipsum docuerat Sanchez lib. 5. disp. 2. n. 4. Monuerim, inquit, sæpè apponi prædictam conditionem, non tanquam conditionem, sed tanquam temporis præfinitionem, & tunc non statim esse Matrimonium, donec tempus præfixum accedat: ut si quis diceret: *Contraham tecum, si & quando vel cum sol cras oriatur*. Hæc ille, cum Aliis multis, quos citat.

Unde infert Sotus 4. dist. 29. q. 1. a. 1. post 2. conclus. vers. *Hinc colligitur*. Si quis dicat: *Contraham tecum, si pater meus moriatur*, videri eam conditionem non adjectam esse tanquam conditionem, sed tanquam temporis præfinitionem; & sensum esse, quando pater meus obierit: secus (inquit hic Auctor) si dicas de præsentis: *Contraho tecum, si pater meus sit moriturus*, continuè tenet Matrimonium: quia conditio est necessaria, & non ponitur ut designatio temporis.

Sed in his omnibus eventibus (inquit Sanchez supra) non tam verbis, quàm contrahentium menti inhærendum est; quæ si constare nequit, placet hæc conjectura Soti, dum enim homines adjiciunt hanc conditionem: *Si pater meus morietur*, non adjiciunt tanquam necessariam, sed volunt utique se obligare, post patris obitum: quem tamen sensum nullatenus patitur ea verborum forma: *Si pater meus est moriturus*. Hæc ille.

A quibus non dissonat Sotus supra dicens: In his ergo & similibus discernendis prudentiâ opus est. Et Averfa supra, dum ait: Quænam autem & qualis sit intentio contrahentium, attendi debet ex verbis ipsorum, aut etiam ex aliis circumstantiis & adminiculis. Et quando aliud non constet aut appareat, censendum potius erit illos simpliciter & absolute voluisse pro tunc contrahere, juxta

priorem sensum dictum, & pro tunc verè perfectisse contractum. Ita Averfa.

Atque de hoc casu intelligenda est Conclusio nostra, quæ communis est, & probatur ex l. *Si pupillus*, §. *Qui sub conditione*, ff. de Novatio. ibi: *Qui sub conditione stipulatur, quæ omni modo existura est, purè videtur stipulari*. Et l. 7. ff. de Verb. oblig. *Impossibilis conditio cum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat: aliter atque si talis conditio inseratur stipulationi: Si in cælum non ascenderit; nam hæc utilis & præsens est, & pecuniam creditam continet.*

Idem dicitur §. *Si impossibilis*, Instit. de Inutil. stipul. ibi: *At si ita stipuletur: Si digito cælum non attingero, dare spondes? Purè facta obligatio intelligitur, ideoque statim peti potest*. Et ratio est; quia cum jam conditio illa futura sit præsens, & determinata in sua causa naturali, non solum secundum se, sed etiam secundum tempus, ita ut impossibile sit oppositum esse, censetur jam impleta. Auctores pro hac sententia vide apud Sanchezium sup. n. 2. non cito eos, quia sicut dixi, est communis tam Jurisperitorum, quàm Theologorum.

Interim contendit Pontius supra n. 12. obligationem istam suspensam manere usque ad diem craftinum. Ex his, inquit, quæ hactenus constituta sunt; quantum ego judico, verè & consentaneè ad juris principia; colliges primò solutionem ejus, quod quæritur: An si quis ita contrahat: *Ego tecum, contraho, si sol cras oriatur*, contractum sit Matrimonium de præsentis. Ego enim purè contractum existimo, ac suspendi non conditione, sed morâ temporis; & hunc esse hujus conditionis sensum, nisi ex mente contrahentium aliud constet, sicut dicebamus in contractu sub conditione: *Si morieris*; quia quod est certum viventi debitum iri, ut dicebam, non est sub conditione. Conditio enim ponit in incerto. Quare obligatio quidem ab eo tempore jam est, suspensa tamen usque ad diem craftinum. Quod secus est in conditionali contractu, ut dictum est, cum non sit obligatio contractus ante eventum conditionis. Contractui enim & obligationi puræ, non repugnat suspendi morâ, sed suspendi conditione. Hæc ille.

Sed quæro ego: Matrimonium hujusmodi ante diem craftinum perfectum est, ita ut sit indissolubile mutuo consensu, & liceat carnaliter copulari? Si affirmaveris; interrogo, quid ergo est illa suspensio obligationis? Quis ejus effectus? An forè, quod ita conjugati non possint petere debitum, aut non teneantur reddere ante diem craftinum? Sed neque tenentur reddere ante bimestre. Si negaveris, copulam esse licitam ante diem craftinum. Quomodo ergo illa obli-

478.
Probatur
Conclus per
l. 9. ff. de
Novat. Et l.
7. ff. de Verb.
oblig.

Item ex §.
12. Instit.
de Inutil.
stipul.

479.
Obligatio
Matrimonii
contracti sub
conditione:
§. sol etc.
suspenditur
morâ tem-
poris, juxta
Pontium.

480.
Contra av-
guitur.

gatio jam est? Nam si jam est obligatio Matrimonialis, jam est Matrimonium, & jam contrahentes sunt veri conjuges; copulam autem inter veros conjuges, quis negare potest esse licitam de per se loquendo?

Oppositum docet Dicast.

Hinc Dicastillo hic disp. 5. n. 119. Quando, inquit, non constat, appositam esse (conditionem necessariam) ad suspendendum consensum, censendum est Matrimonium in utroque foro tam exteriori quam interiori absolute statim valere ac perfici, nec solum obligare ex tunc, sed etiam pro tunc, quidquid in hoc ultimo videatur Basilium reclamare.

481. Quid si pro consensione assignetur mors alicujus extranei? utat Pontius eam esse suspensivam.

Sed juvat audire ipsum Basilium sup. n. 10 & 11. Quando, inquit, venturum esse diem, certum est; incertum autem, quando eveniet, ut: Si morietur, distingui debet. Aut enim assignatur tempus mortis alicujus extranei, ut: Contrabo tecum, si Titius morietur; quod quidem incertum est, an sit venturum vivo eo, cum quo contraho, vel mortuo, vim conditionis habet, suspenditurque contractus obligatio ea conditione.

482. Probat à simili.

Idque constat exemplo, desumpto ex legato relicto; si enim relinquatur legatum alicui: Si alter morietur, si legatarius decedat ante alterius mortem, non debetur legatum, quia potest vivo legatario non venire ea conditio, & probat textus in l. 1. § 2. de Condit. & demonst. Dies autem incertus est, cum ita scribitur: Hæres meus cum morietur decem dato; nam diem incertum mors habet ejus; & ideo si legatarius ante decesserit, ad hæredem ejus legatum non transit: quia non cessit dies vivo eo, quamvis certum fuerit moriturum hæredem.

L. 79. ff. eod.

Probat etiam textus in l. 79 § 1. ff. eod. Hæres meus, cum ipse morietur centum Titio dato, legatum sub conditione relictum est; quamvis enim hæredem moriturum certum sit, tamen incertum est, an legatario vivo dies legati non cedit, & non est certum ad eum legatum perventurum. Quare in hoc non rectè loquitur Thomas Sanchez lib. 5. disp. 2. n. 5. & 6.

483. Matrim. sub conditione: Si pater morietur, est conditionale.

Unde si Matrimonium contrahatur sub hac conditione: Si pater morietur, suspenditur & conditionale Matrimonium est, & expectandus dies mortis patris; potest enim contingere, ut is, cum quo contrahitur, decedat vivo patre: hoc autem non tantum est, tempus esse præfixum contrahendo Matrimonio, ut putat Thomas Sanchez, sed conditionem positam, ut constat ex his, quæ dicam modo, & ex his diversis effectibus, quos habet obligatio in die, & obligatio sub conditione, quod non satis advertit Tho. Sanchez.

484. Quid si designetur mors ipsius, cum quo contrahitur, aut cui relinquatur legatum, ut: Lego tibi centum, si morieris: Contrabo tecum,

si morieris, purum quidem legatum est, atque contractus, nec conditione suspenditur, sed mora, ut ait Papinianus in l. Hæres meus. de Condit. & demonst. Hæres meus, cum morietur Titius, centum ei dato purum legatum est, quia non conditione, sed mora suspenditur: non potest enim conditio non existere. Quamvis enim incertum sit, quo die morietur, quia tamen non potest dies mortis non venire, & quidem vivo legatario, aut eo, cum quo contrahitur, cum certum est, viventi debitum iri, non potest esse sub conditione, quæ ponit in incerto, utrum res debeatur an non.

si morieris, purum quidem legatum est, atque contractus, nec conditione suspenditur, sed mora, ut ait Papinianus in l. Hæres meus. de Condit. & demonst. Hæres meus, cum morietur Titius, centum ei dato purum legatum est, quia non conditione, sed mora suspenditur: non potest enim conditio non existere. Quamvis enim incertum sit, quo die morietur, quia tamen non potest dies mortis non venire, & quidem vivo legatario, aut eo, cum quo contrahitur, cum certum est, viventi debitum iri, non potest esse sub conditione, quæ ponit in incerto, utrum res debeatur an non.

Unde & debetur legatum, & debetur etiam contractus Matrimonii vel alius tempore tamen mortis, non ante; is enim testis est illius conditionis: Si morietur, non, si mortuum fuerit: esset enim impossibilis contractio, atque aded haberetur pro non acta, sed cum agit animâ, & antea contractum est, neque perfectum Matrimonium, sed fertur in diem mortis, tanquam in tempore destinatum, in quo contrahendum est. Uqueadmodum Pontius.

Itaque secundum Basilium, si quis contrahat: Ego tecum contrabo Matrimonium, si hæres orietur, contractus non est, neque perfectum Matrimonium, sed referatur in diem mortis, tanquam in tempore destinatum, in quo contrahendum est. Infero ego, esse appositam ante illud tempus Matrimonium, cum tuo consensu dissolubile est, si alterum ex vestris carnaliter copulari, eodem modo quo dissolubile est, & quo illicitum est carnaliter copulari ante eventum conditionis contingentis: quæ enim disparat? Nam in neutro casu Matrimonium est perfectum, sed perficiendum, quando advenit dies præfixus, aut eveniet contingens conditio.

Et verò si Matrimonium sub conditione: Si pater morietur, suspenditur & conditionale Matrimonium est, ut vult Pontius supra, quia contingere potest, ut is, cum quo contrahitur, decedat vivo patre; cur immutetur Matrimonium sub hac conditione: Si pater morietur, non erit conditionale, cum potest contingere, ut is, cum quo contrahitur, decedat ante diem craftinum? Ergo utrumque conditio, vel neutra, ponit Matrimonium in incerto; quia fieri potest, ut in neutro casu contrahatur Matrimonium, quod non licet advertit Pontius.

Unde non est similis casus, qui ponitur in l. Hæres meus, sup. à Basilio allegatus, qui fieri non potest, quin aliquando debeatur legatum, cum tamen fieri possit, ut nunquam contrahatur Matrimonium, si videlicet ante diem craftinum is, cum quo sic contrahitur, morietur.

Deinde ad d. legem respondet Sanchez supra

Basilii
Sacramentum
Matrimonii

supra n. 8. aliud esse cum conditio exprimitur per, Si, & aliud, quando exprimitur per, Cum; priori enim casu est vera conditio, & si est necessaria, cum sit praesens in sua causa, censetur statim impleta: posteriori autem casu non est conditio, sed temporis praesentio, & ita suspendet legatum: & in hoc casu loquitur dicta lex: *Heres meus*. Hae illi. Bene, an male, patebit ex infra dicendis.

Denique nota, quod ait Gloss. in dict. l. verb. *Purum*: *Quoad transmissionem*, inquit, non ut statim possit peti. Jam autem transmissio ad haeredes, non habet locum in Matrimonio: ergo non valet hic argumentum a legato, ad Matrimonium; cum legatum possit habere aliquem effectum de praesenti, quem non habet legatum conditionale, secus Matrimonium; vel assignet nobis Pontius illum effectum in Matrimonio.

Sed nunquid eadem est ratio conditionis necessariae ex natura sua, & conditionis necessariae per accidens tantum? Pontius supra n. 13. sic ait: Secundum colligo, quid dicendum sit in eo, quod quaeri solet: Si quis contrahat cum aliqua: *Si Antichristus nascetur*. Nam Tho. Sanchez disp. citata n. 7. existimat esse purum contractum, non conditionalem, & idem docet Rebellus lib. 2. de Mat. q. 10. sect. 14. & Theologi communiter. Quia non minus certum est, secundum fidem, Antichristum nasciturum, quam solem cras oriturum, vel alium moriturum.

Verius tamen est, quod docet Covarr. 2. part. c. 2. §. 2. n. 11. Henriquez lib. 11. de Matrimonio c. 12. n. 4. & olim Adrianus q. 3. de Mat. dub. 16. & 17. esse Matrimonium conditionale; cujus ratio constat manifeste ex dictis. Nam licet certum sit, Antichristum nasciturum, at incertum est quo tempore, & die; & potest contingere, ut non nascatur vivo legatario, aut eo, cum quo contrahitur, & ita habet effectum suspendendi. Quod enim in incerto ponit, non potest non esse conditio suspendens. Hae illi.

Sed ad hoc jam responsum fuit; scilicet, etiam fieri posse, ut non vivat ille, cum quo contrahitur, quando cras sol orietur. Magis itaque nobis placet sententia Sanchez; quia (inquit ille) contrahentes tam necessariam esse, supposita Scriptura, id testante, hanc conditionem: *Si Antichristus nascetur*, credunt, ac solem cras oriturum; & sicut hae est jam praesens in sua causa proxima, ita illa in praesentia divina, nota contrahentibus ex Scripturae testimonio; ergo in neutro eventu videntur consensum suspendere. Quare Gloss. l. *Si pupillus*, 9. §. *Qui sub conditione*, verb. *Qui sub conditione*, ff. de Novat. & l. *Quod si ea conditione*, 18. statim in principio, ff. de Condit. indeb. exemplificat de conditionibus necessariis, ut: *Si Antichristus nascetur*.

Si dixeris: omnis alia conditio, per se contingens, dici potest ab extrinseco, & ex suppositione divinae providentiae necessaria, atque adeo statim etiam valeret omne Matrimonium, sub illa initum.

Respondeo: prorsus dici potest ab extrinseco necessaria; sed nunquid etiam ut talis, cognoscitur a contrahentibus? Manifestum est quod non; sed plerumque, etiam in nostra scientia & existimatione, contingentes sunt & dubiae, ided contractus sub illis initus, manet quoque suspensus usque ad illarum eventum.

Quid ergo, si aliquis dicat: *Contraho tecum, si pubes fueris*? Suspenditur usque ad tempus pubertatis; fieri enim potest, ut non perveniat ad pubertatis annos; & id videtur probari ex l. *Si dies*, ff. Quando dies legat. &c. *Si dies adposita legato non est: praesens debetur, aut confestim ad eum pertinet, cui datum est. Adjecta, quavis longa sit, si certa est, veluti Kalendis Januarii centesimis: dies quidem legati statim cedit, sed ante diem peti non potest. At si incerta, quasi cum pubes erit, cum in familiam nupserit, cum Magistratum inierit &c. nisi tempus conditiove obtrigit, neque res pertinere, neque dies legati cedere potest.*

Et l. 22. eod. *Si Titio, cum is annorum quatuordecim esset factus, legatum fuerit, & is ante quartum decimum annum decesserit, verum est ad haeridem ejus legatum non transire: quoniam non solum diem, sed & conditionem hoc legatum in se continet, si effectus esset annorum quatuordecim: qui autem in rerum natura non esset, annorum quatuordecim non esse, non intelligeretur. Nec interest utrum scribatur: Si annorum quatuordecim factus erit, an ita: cum priore scriptura per conditionem tempus demonstratur, sequenti per tempus conditio; utrobique tamen eadem conditio est. Ex quibus ultimis verbis patet, responsum Sanchez, supra allaram ad leg. *Heres meus*, non omnino subsistere.*

Ceterum, si conditio est, cum illud quod promittitur, aut relinquitur, in aliquem casum differtur, §. *Sub conditione*. Instit. De Verb. oblig. *Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio, ut si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio, veluti: Si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?* Si, inquit, hoc verum est, cum dies pubertatis venire possit, & non venire, plane pro conditione erit.

In quo vides, inquit Pontius supra n. 9. magnum esse discrimen inter ea, quae isto modo necessaria sunt in futurum, & quae sunt praesentia & praeterita. Nam hae jam nullo casu concursu impediri possunt, cum facta in facta esse non possint, & ita non morantur obligationem ex incertitia nostra: at vero quae futura sunt, etiam si pendeant ex casu

490. *Objectio.*

Dilatatur.

491. *Quid dicendum de hac conditione: Si pubes fueris? Probatur suspendere per l. 21. ff. Quando dies etc.*

492. *Item ex l. 22. ff. eod.*

§. 5. Instit. de Verb. oblig.

493. *Praesentia & praeterita non morantur obligationem, secus futura. Pontius.*

causis naturalibus & non liberis, impediri multis modis possunt; & ita non solum incerta nobis sunt, sed ex se ipsis, & secundum ordinarias leges impedibilia, cum impediri non raro contingat; quare suspendunt & vim conditionis habent. Hæc ille.

Porrò si à me quæritur; an id, quod hæcenus de conditionibus, dicendum quoque sit de modo & demonstratione & causa, ita ut si hæc contrahentur Matrimonio, illud vitiet: Si sint honesta, illud suspendant: si turpia aut impossibilia, rejiciantur. Respondeo & erit

CONCLUSIO XI.

Modus contrarius substantiæ, aut bonis Matrimonii, illud annullat: impossibilis & turpis rejicitur: honestus & possibilis non suspendit. Uti nec demonstratio vel causa, per se loquendo.

494.
Quid hic
vocetur mo-
dus.

Modus hic vocatur, adjectio certi oneris, ad quod volumus obligare contrahentem. Vel sic: Modus est obligatio aliquid præstandi, adjecta contractui ut onus, & non ut conditio. Ordinariè autem explicatur per conjunctionem: *Uti*: ex. g. modus contrarius bonis Matrimonii: *Contraho tecum, ut te adulterandam præbeas; ut procures venena sterilitatis &c.* non contrarius: *Uti des mihi centum; ut digito cælum tangas; ut me adjuves ad furandum.* Hoc supposito.

499.
Duplici in-
tentione po-
test Matr.
apponi ali-
quis modus
contrarius,
ex diversa.

Quod attinet ad modum contrarium, si consensus contrahentium sit ita limitatus, ut non intendat perficere Matrimonium, nisi sub tali obligatione, siue nisi subtracta obligatione de fide conjugali servanda, alii que bonis Matrimonii, sic planè non valet Matrimonium; quia ad illud requiritur consensus absolutus & adæquatus de omnibus iis, quæ spectant ad ejus substantiam.

Si autem consensus contrahentium sit quidem absolutus & adæquatus, de subeunda omni obligatione essentiali Matrimonii, sed simul iniquè intendant, sibi que promittant & pacifcantur, non observare talem obligationem: sic dici potest valere Matrimonium; quia ipse consensus conjugalis, quamvis adjunctam habeat aliam pravam intentionem, tamen in se non est limitatus, sed simpliciter absolutus quantum ad valorem Matrimonii. Ita Averfa sup. sect. 7. §. *Quòd si modus.*

496.
In quo mo-
dus dissent à
conditione.
Sanchez.

Atque hujusmodi semper esse consensum contrahentium, dum apponitur modus contrarius, docent non pauci apud Sanchez supra disp. 19. n. 4. quia (inquiunt) modus in hoc distat à conditione, quòd conditio suspendit

actus perfectionem, ita ut ante ipsius implementum validus minimè sit: ac modus non suspendit, sed advenit actui perfectò, itaque valet actus, & alter obligatur modi implementum, ut: *Dono tibi equum si facias hoc*, valet statim donatio, & tenetur donatarius implere modum, l. 1. 2. & sic de Donat. quæ sub modo. Item; quia non ad naturam contractus spectat, sed ad nem intentum per contrahentem. Imponens modum contrarium, absolventi præsentem consentit in Matrimonio, & conditionatè solum, si alter velit solvere illam obligationem, sicut quando ponitur per modum conditionis propriè dicitur.

Nihilominus Conclusionem nostram docet Sanchez supra n. 5. & probat r. ex de Condit. appof. ubi habetur, hanc conditionem contractui Matrimonii adhibere: *Contraho tecum, donec pulchriorem inveniam*, ipsum vitare, tanquam ejus substantiam contrariam, & tamen est eadem ratio de conditione, & de modo; nam sicut modus suspendit dispositionem, sed advenit perfectioni perfectæ, ita hæc conditio operatur modum contrarium substantiam.

Probat 2. ex l. *Per servum*, l. 4. §. 1. de leg. sequenti, ff. de Usu & habet ubi dicitur fructus legetur absque usu, adhibetur in eadem oratione, eodemque contractui obligatum fiat, ut tunc legatum sit inutile, quòd inutilis sit usufructus adhibetur in diversa oratione fiat; ita cum obligatum usufructus, rejicitur adhibetur ergo similiter quando eodem modo contractui contrahitur Matrimonium sub modo repugnanti & incompatible, vitatur Matrimonium; scilicet quando Matrimonium contracto advenit modus contrarius.

Probat 3. quia modus inest contractui pactum à contractu separatum inducitur: ut tibi domum, ut facias hoc, &c. duo contractus diversi & separati, ergo quando modus est contrarius Matrimonii, habet in ipso sui initio, contractus Matrimonii vitium.

Probat denique; quia obligatur contra substantiam & bona Matrimonii, licet essentiali Matrimonii; sed contractus modo, obligatur ad illum modum contractum; ergo obligatur ad aliquid repugnans essentiali Matrimonii, quando in eodem essentiali contrarius, & consequenter vitabitur Matrimonium. Hæc ille pro obligatione & sua sententia.

In quam etiam non nihil propendit Uti stillo hic disp. 5. n. 228. quamvis oppositè dicat satis probabilem, ibi: Hæc utrumque sententia satis probabilis est. Utrumque sententiam problematice debere, pronum mihi esset & facile. Nihilominus